Hic liber Henrici est
equitis Regnominor
Ranzaw.

A VII 1

Verbos ꝛ cenū xp̄s
dns secūm ordinē mel
chisedech panē ⁊ vinū
op̄tulit nū ⁊ oseen
tor dns esurn dedit timētib⁹ se meo
rum suor mirabiliū nū Calicē salu
taris accipiā ⁊ sacrificabo hostiā laudis
nū Memento dabo manū ministrōrū
⁊ no⁹ nouū alla Capit' O nō
dns in qua nocte tradebat. accepit
panē gratias agens fregit ⁊ dixit ac
cipite ⁊ manducate hoc ē corp⁹ meū
q̄d p vob⁹ tradet' ℟ Homo quidā fecit
cenā magnā ⁊ misit puerū suū hora ce
ne dicē invitatis ut venirēt Dū pue
sic ⁊ ℣ Venite comedite panē meū

tribute unu cū mysteriū volue

Pange lingua ympnus
gloriosi corpis misteriū sangu
inisq; pciosi quē i mūdi pretiū fructus ventris generosi rex effudit
gentiū Nobis natus nobis datus
ex intactā virgine. et in mundo conversatus
spatio sui seminis. sui morus incolatus
miro clausit ordine In supme
nocte cene recubens cū fratribus obser
ta lege plene: cibis in legalibus cibū
turbe duplicē se dat suis manibus
Sequitur Verbū caro panē verum
verbo carnē efficit fitq; sanguis xpi
merum: et si sensus deficit: ad firmandū cor sincerū sola fides sufficit Tan

tum ergo sacramentū veneremur cernui. et
antiquū documentū: novo cedat ritui
prestet fides supplementū sensuū defectui Genitori genitoq; laus et
iubilatio salus honor virtus quoq; sit et benedictio procedenti ab utroq; compar sit laudatio
Amen Panem de celo prestitisti eis
Omne delectamentū in se habentē
Deus qui suauis es dne ppitius ut dul
cedinem tuā in filios demōstrares panē
suauissimū de celo prestitisti esurientes re
plens bonis fastidiosos diuites dimit
tens inanes Collecta Deus qui
nobis sub sacramento mirabili pas
sionis tue memoriam reliquisti tribue qs
ita nos corporis et sanguinis tui sacra

nus scia venerun ut accipiois me
fructu i nobis ingrē semetipsos. V. Un
verbū supnū pmpsit ad ple
ndendū nec pus humanis decre
ad opus suū exiens venit ad ure pa
peruū. In morte a discipl̄o suis tra
dendus cunctis prius i ure seruilē
se tradidit discaplis. Quib⁹ sibi bu
na spūalē carnē dedit y sanguē ut du
plicis spēi totū alimoniā hoīs. De
nascens dedit sociū. Nascens i cunc
um se mortēs in pānū se regnans
dat i pānū. O salutaris ostia que
celi pandis ostiū bella premunt hostilia
da robur fer auxiliū. V. Immola
dno sit sēpiterna gla y vita sine te

mino nobis donet i patria. Immutatiū
Panem nr̄m adorem⁹ dnm genibus
Quos se mādūcandos dat spē pignorē
mag̃ne aīe. Fructū salutiferū gustādū
dedit dns mortis sue tempe. pb̄. Ecce vas
aīe. A fructu frumenti y vini multiplicati
fideles i pace xp̄i ecclesie. pb̄. Cui vom
aīe. Communione calicis quo dns pe sanguē
nō vitulor sanguine ingreguit nos
dns. pb̄. Cōsum aīe. Memor sit dns
sacrificij nr̄i y holocausti nr̄i pinguē fiat.
pb̄. Exaudiat te aīe. Pavit nos mēsa
dn̄i ad usus ecclē y ibant nos. pb̄. Dns
regit me aīe. In vace exultacois exaudiat
epulantes in mēsa dn̄i. pb̄. Ave ad mo
dum y. Panē anglor mādūcauit ho

Panē celi dedit eis Lectio pma

In mēsa diuine largitatis bñficia
eruta ppl̄o xpiano ī estimabilē ei
ferunt dignitatē. Accepit enī ē nep
stur aliquis unus grandis nacio que
habuit [illegible] quinquātes sibi sunt
dās [illegible] Lu R E mmolabāt
hēdi [illegible] sil' ad vesperū
[illegible] es ⁊ unus panes
ūf [illegible] molatis ē expēt unus
ē [illegible] ueniens ⁊ uēiens

[illegible] sq̄dē dei filius P ij

Sus [illegible] natus volens nos
ēe ptrip̄es [illegible] multū assūpsit
ut nos deos faceret sūs hō: Ihc ep de
nrō assūpsit totū nob̄ ⁊ tulit ad salutē

R Q omedens unus ⁊ sibillinū pāb⁹
Iste ē panis quē dedit vob̄ dñs ad vesc
dū ūf P lon moysis dedit vob̄ panē
de celo sed pr̄ meus dat vob̄ panē de celo

Q verū Iste ē panis P iij

Corpus namq; suū p nob̄ verē
sūmsēē ī ara crucis obtulit hostiā dō
pri sanguīnē fudit ī pane unus ⁊ latus
ei ut vēcpta ei mīa ēnlabi sentiue
n posīt oīb⁹ mūdanis ⁊ R Res
perit helyas ad caput suū subtus
cū panē ⁊ surgēs comedit ⁊ bibit et
ābulauit ī fortitudīe cibi illi⁹ usq; ad
montē dei ūf Q uis mādūcauerit
E t hoc panē uiuet ī ēnū et
n ut tantū bñficij nr̄is P iiij

ī nobis manducare meorum corpus sum
ī cibū ī sanguīē suū ī potū ut spē
pans ī unū simūdū fidelib⁹ dare
iuput Tu ℟ Panis ip ego dabo
uro meu ē ro mūdi uita ℣ Caro
mea vere ē nb⁹ ī sanguis meus vere
ē potus ro mūdi m no no aū Introibo
ad altare dei sūmū xpm q̄ renouat
iuuētutē meā pb Iudica me dē et
disce aū Custodi nos dne ut adpe
firmēti ī de petri melle futuri
nos pb Exultate dō aū Exultate
deo dne xpm summū ī quē cor ī
uro mū exultant pb Mirū dicū
aū Memoriā fecit mirabiliū
suoꝝ misericors ī misericors dns

esam dedit timētib⁹ se pb Cantate do
aū Nunquid dimittet me ad huc esu
ent ī ī bibere me ad huc sitient pb
Dns regē aū Quis habet aures au
diendi audiat Quicūq; dabo mihi
ubsēdutū alla pb Cantate ℣ Cibā
eos exadipe frumē ī de pe mel. satie
Oprosii ī ad mirabile ℣ v
Omnium salutiferū ī omī suauī
tate repletū Quod hoc sacramēto
mirabile In ipm nāq; seruorum pans
ī unū ī corpus xpi ī sanguē
Dñicū Tu ℟ Cenantib⁹ illis ac
cepit ihē panē ī benedixit ac fregit dedit
ip discipliis suis ī ait Accipite ī comēdite
hoc ē corpus meū ℣ Diserui uirtu

bernacli mei ꝙs det de cumb⁹ cū ut

Manentem in me & ego in eo hic fructum multum affert quia sine me nichil potestis facere Si quis non manserit in me mittetur foras sicut palmes & arescet & colligent eum & in ignem mittent & ardet Si manseritis in me & verba mea in vobis manserint quodcumque volueritis petetis & fiet vobis In hoc clarificatus est pater meus ut fructum multum afferatis & efficiamini mei discipuli Sicut dilexit me pater & ego dilexi vos manete in dilectione mea Si mandata mea servaveritis manebitis in dilectione mea sicut & ego patris mei mandata servavi & maneo in eius dilectione Hec locutus sum vobis ut gaudium meum in vobis sit & gaudium vestrum impleatur Hoc est mandatum meum ut diligatis invicem sicut dilexi vos Nemo habet dilectionem maiorem hac ut animam suam ponat quis pro amicis suis Vos amici mei estis si feceritis que ego precipio vobis Iam non dicam vos servos quia servus nescit quid faciat dominus eius vos autem dixi amicos quia omnia que audivi a patre meo nota feci vobis Non vos me elegistis sed ego elegi vos & posui vos ut eatis & fructum afferatis & fructus vester maneat ut quodcumque petieritis patrem in nomine meo det vobis hec mando vobis ut diligatis invicem Si mundus vos odit scitote quia me priorem vobis odio habuit Si de mundo fuissetis mundus quod suum erat diligeret quia vero de mundo non estis sed ego elegi vos de mundo propterea odit vos mundus Memento sermonis mei quem ego dixi vobis non est discipulus maior magistrum suum si me persecuti sunt & vos persequentur si sermonem meum servaverunt & vestrum servabunt Sed hec omnia facient vobis propter nomen meum quia nesciunt eum qui misit me Si non venissem & locutus eis fuissem peccatum non haberent nunc autem excusationem non habent qui me odit & patrem meum odit Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum non haberent nunc autem & viderunt & oderunt & me & patrem meum Sed ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est quia odio habuerunt me gratis Cum autem venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit ille testimonium perhibebit de me & vos testimonium perhibebitis quia ab initio mecum estis Hec locutus sum vobis ut non scandalizemini ne extra synagogas faciant vos sed venit hora ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo Et hec facient vobis quia non noverunt patrem neque me Sed hec locutus sum vobis ut cum venerit hora eorum reminiscamini quia ego dixi vobis Hec autem vobis ab initio non dixi quia vobiscum eram Et nunc vado ad eum qui misit me & nemo ex vobis interrogat me quo vadis Sed quia hec locutus sum vobis tristitia implevit cor vestrum Sed ego veritatem dico vobis expedit vobis ut ego vadam si enim non abiero paraclitus non veniet ad vos si autem abiero mittam eum ad vos Et cum venerit ille arguet mundum de peccato & de iusticia & de iudicio De peccato quidem quia non credunt in me De iusticia vero quia ad patrem vado & iam non videbitis me De iudicio autem quia princeps huius mundi iam iudicatus est Adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo Cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem non enim loquetur a semetipso sed quecumque audiet loquetur & que ventura sunt annuntiabit vobis Ille me clarificabit quia de meo accipiet & annuntiabit vobis Omnia quecumque habet pater mea sunt propterea dixi quia de meo accipiet & annuntiabit vobis Modicum & iam non videbitis me & iterum modicum & videbitis me quia vado ad patrem Dixerunt ergo ex discipulis eius ad alterutrum quid est hoc quod dicit nobis modicum & non videbitis me & iterum modicum & videbitis me & quia vado ad patrem Dicebant ergo quid est hoc quod dicit modicum nescimus quid loquitur Cognovit autem Iesus quia volebant eum interrogare & dixit eis de hoc quesitis inter vos quia dixi modicum & non videbitis me & iterum modicum & videbitis me Amen amen dico vobis quia plorabitis & flebitis vos mundus autem gaudebit vos autem contristabimini sed tristitia vestra vertetur in gaudium Mulier cum parit tristitiam habet quia venit hora eius cum autem genuerit puerum iam non meminit pressure propter gaudium quia natus est homo in mundum Et vos ergo nunc quidem tristitiam habetis iterum autem videbo vos & gaudebit cor vestrum & gaudium vestrum nemo tollet a vobis Et in illo die me non rogabitis quicquam Amen amen dico vobis si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis Usque modo non petistis quicquam in nomine meo petite & accipietis ut gaudium vestrum sit plenum Hec in proverbiis locutus sum vobis venit hora cum iam non in proverbiis loquar vobis sed palam de patre annuntiabo vobis In illo die in nomine meo petetis & non dico vobis quia ego rogabo patrem de vobis ipse enim pater amat vos quia vos me amastis & credidistis quia ego a deo exivi exivi a patre & veni in mundum iterum relinquo mundum & vado ad patrem Dicunt ei discipuli eius ecce nunc palam loqueris & proverbium nullum dicis nunc scimus quia scis omnia & non opus est tibi ut quis te interroget in hoc credimus quia a deo existi Respondit eis Iesus modo creditis ecce venit hora & iam venit ut dispergamini unusquisque in propria & me solum relinquatis & non sum solus quia pater mecum est Hec locutus sum vobis ut pacem habeatis in me in mundo pressuram habebitis sed confidite ego vici mundum

Hec verba locutus est Iesus & elevatis oculis in celum dixit pater venit hora clarifica filium tuum ut filius clarificet te sicut dedisti ei potestatem omnis carnis ut omne quod dedisti ei det eis vitam eternam Hec autem est vita eterna ut cognoscant te solum deum verum & quem misisti Iesum Christum ego te clarificavi super terram opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quam habui antequam mundus esset apud te manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo tui erant & mihi dedisti eos & sermonem tuum servaverunt nunc cognoverunt quia omnia que dedisti mihi abscondita a te sunt quia verba que dedisti mihi dedi eis & ipsi acceperunt & cognoverunt vere quia a te exivi & credidierunt quia tu me misisti Ego pro eis rogo non pro mundo sed pro his quos dedisti mihi quia tui sunt & mea omnia tua sunt & tua mea sunt & clarificatus sum in eis Et iam non sum in mundo & hi in mundo sunt & ego ad te venio Pater sancte serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi ut sint unum sicut & nos Cum essem cum eis ego servabam eos in nomine tuo quos dedisti mihi & custodivi & nemo ex eis perivit nisi filius perditionis ut scriptura adimpleatur Nunc autem ad te venio & hec loquor in mundo ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis Ego dedi eis sermonem tuum & mundus eos odio habuit quia non sunt de mundo sicut & ego non sum de mundo Non rogo ut tollas eos de mundo sed ut serves eos a malo De mundo non sunt sicut & ego non sum de mundo Sanctifica eos in veritate sermo autem tuus veritas est Sicut tu me misisti in mundum & ego misi eos in mundum Et pro eis ego sanctifico me ipsum ut sint & ipsi sanctificati in veritate Non pro eis autem rogo tantum sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me ut omnes unum sint sicut tu pater in me & ego in te ut & ipsi in nobis unum sint ut credat mundus quia tu me misisti Et ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis ut sint unum sicut & nos unum sumus Ego in eis & tu in me ut sint consummati in unum & cognoscat mundus quia tu me misisti & dilexisti eos sicut & me dilexisti Pater quos dedisti mihi volo ut ubi sum ego & illi sint mecum ut videant claritatem meam quam dedisti mihi quia dilexisti me ante constitutionem mundi Pater iuste mundus te non cognovit ego autem te cognovi & hi cognoverunt quia tu me misisti & notum feci eis nomen tuum & notum faciam ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit & ego in ipsis

Cum hec dixisset Iesus egressus est cum discipulis suis trans torrentem cedron ubi erat hortus in quem introivit ipse & discipuli eius Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum locum quia frequenter Iesus convenerat illuc cum discipulis suis Judas ergo cum accepisset cohortem & a principibus sacerdotum & pharisaeis ministros venit illuc cum lanternis & facibus & armis Iesus ergo sciens omnia que ventura erant super eum processit & dixit eis quem queritis Responderunt ei Iesum nazarenum Dicit eis Iesus ego sum Stabat autem & Iudas qui tradebat eum cum ipsis Ut ergo dixit eis ego sum abierunt retrorsum & ceciderunt in terram Iterum ergo interrogavit eos quem queritis Illi autem dixerunt Iesum nazarenum Respondit Iesus dixi vobis quia ego sum si ergo me queritis sinite hos abire Ut impleretur sermo quem dixit quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam Simon ergo petrus habens gladium eduxit eum & percussit pontificis servum & abscidit auriculam eius dexteram erat autem nomen servo malchus Dixit ergo Iesus petro mitte gladium tuum in vaginam calicem quem dedit mihi pater non bibam illum Cohors ergo & tribunus & ministri iudeorum comprehenderunt Iesum & ligaverunt eum & adduxerunt eum ad annam primum erat enim socer caiphe qui erat pontifex anni illius Erat autem caiphas qui consilium dederat iudeis quia expedit unum hominem mori pro populo Sequebatur autem Iesum simon petrus & alius discipulus discipulus autem ille erat notus pontifici & introivit cum Iesu in atrium pontificis Petrus autem stabat ad ostium foris Exivit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici & dixit ostiariae & introduxit petrum Dicit ergo petro ancilla ostiaria numquid & tu ex discipulis es hominis huius Dicit ille non sum Stabant autem servi & ministri ad prunas quia frigus erat & calefaciebant se erat autem & petrus cum eis stans & calefaciens se Pontifex ergo interrogavit Iesum de discipulis suis & de doctrina eius Respondit ei Iesus ego palam locutus sum mundo ego semper docui in synagoga & in templo quo omnes iudei conveniunt & in occulto locutus sum nichil Quid me interrogas interroga eos qui audierunt quid locutus sim ad eos ecce hi sciunt que dixerim ego Hec autem cum dixisset unus assistentium ministrorum dedit alapam Iesu qui astabat dicens sic respondes pontifici Respondit ei Iesus si male locutus sum testimonium perhibe de malo si autem bene quid me cedis Et misit eum annas ligatum ad caiphan pontificem Erat autem simon petrus stans & calefaciens se Dixerunt ergo ei & tu ex discipulis eius es Negavit ille & dixit non sum Dicit unus de servis pontificis cognatus eius cuius abscidit petrus auriculam nonne ego te vidi in horto cum illo Iterum ergo negavit petrus & statim gallus cantavit Adducunt ergo Iesum a caiphan in pretorium Erat autem mane & ipsi non introierunt in pretorium ut non contaminarentur sed manducarent pascha Exivit ergo pilatus ad eos foras & ait quam accusationem affertis adversus hominem hunc Responderunt & dixerunt ei si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum Dixit ergo eis pilatus accipite eum vos & secundum legem vestram iudicate eum Dixerunt ergo ei iudei nobis non licet interficere quemquam ut sermo Iesu impleretur quem dixit significans qua morte esset moriturus Introivit ergo iterum pilatus in pretorium & vocavit Iesum & dixit ei tu es rex iudeorum Respondit Iesus a temetipso hoc dicis an alii dixerunt tibi de me Respondit pilatus numquid ego iudeus sum gens tua & pontifices tradiderunt te mihi quid fecisti Respondit Iesus regnum meum non est de hoc mundo si regnum meum esset de hoc mundo ministri mei decertarent utique ne tradar iudeis nunc autem regnum meum non est hinc Dixit itaque ei pilatus ergo rex es tu Respondit Iesus tu dicis quia rex sum ego ego in hoc natus sum & ad hoc veni in mundum ut testimonium perhibeam veritati omnis qui est ex veritate audit vocem meam Dicit ei pilatus quid est veritas Et cum hoc dixisset iterum exivit ad iudeos & dicit eis ego nullam invenio in eo causam Est autem consuetudo vobis ut unum dimittam vobis in pascha vultis ergo dimittam vobis regem iudeorum Clamaverunt ergo rursum omnes dicentes non hunc sed barabbam Erat autem barabbas latro Tunc ergo apprehendit pilatus Iesum & flagellavit Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius & veste purpurea circumdederunt eum & venientes ad eum dicebant ave rex iudeorum & dabant ei alapas Exivit ergo iterum pilatus foras & dicit eis ecce adduco vobis eum foras ut cognoscatis quia nullam invenio in eo causam Exivit ergo Iesus portans coronam spineam & purpureum vestimentum & dicit eis pilatus ecce homo Cum ergo vidissent eum pontifices & ministri clamabant dicentes crucifige crucifige eum Dicit eis pilatus accipite eum vos & crucifigite ego enim non invenio in eo causam Responderunt ei iudei nos legem habemus & secundum legem debet mori quia filium dei se fecit Cum audisset ergo pilatus hunc sermonem magis timuit Et intravit in pretorium iterum & dicit ad Iesum unde es tu Iesus autem responsum non dedit ei Dicit ergo ei pilatus mihi non loqueris nescis quia potestatem habeo crucifigere te & potestatem habeo dimittere te Respondit Iesus non haberes potestatem adversum me ullam nisi tibi datum esset desuper propterea qui tradidit me tibi maius peccatum habet Et exinde quærebat pilatus dimittere eum Iudei autem clamabant dicentes si hunc dimittis non es amicus cesaris omnis enim qui se regem facit contradicit cesari Pilatus ergo audivit hos sermones & adduxit foras Iesum & sedit pro tribunali in loco qui dicitur lithostrotos hebraice autem gabbatha Erat autem parasceve paschæ hora quasi sexta & dicit iudeis ecce rex vester Illi autem clamabant tolle tolle crucifige eum Dicit eis pilatus regem vestrum crucifigam Responderunt pontifices nisi cesarem Tunc ergo tradidit illis ut crucifigeretur Susceperunt autem Iesum & eduxerunt & bajulans sibi crucem exivit in eum qui dicitur calvarie locum hebraice autem dicitur golgotha ubi eum crucifixerunt & cum eo alios duos hinc & inde medium autem Iesum Scripsit autem & titulum pilatus & posuit super crucem erat autem scriptum Iesus nazarenus rex iudeorum Hunc ergo titulum multi legerunt iudeorum quia prope erat locus civitatis ubi crucifixus est Iesus & erat scriptum hebraice graece & latine Dicebant ergo pontifices iudeorum pilato noli scribere rex iudeorum sed quia ipse dixit rex sum iudeorum Respondit pilatus quod scripsi scripsi Milites ergo cum crucifixissent eum acceperunt vestimenta eius & fecerunt quatuor partes unicuique militi partem & tunicam Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum Dixerunt ergo ad invicem non scindamus eam sed sortiamur de illa cuius sit ut scriptura impleatur dicens partiti sunt vestimenta mea sibi & in vestem meam miserunt sortem Et milites quidem hec fecerunt Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius & soror matris eius maria cleophe & maria magdalene Cum vidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem quem diligebat dicit matri sue mulier ecce filius tuus Deinde dicit discipulo ecce mater tua Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua Postea sciens Iesus quia omnia consummata sunt ut consummaretur scriptura dicit sitio Vas ergo positum erat aceto plenum Illi autem spongiam plenam aceto hyssopo circumdantes obtulerunt ori eius Cum ergo accepisset Iesus acetum dixit consummatum est Et inclinato capite tradidit spiritum Iudei ergo quoniam parasceve erat ut non remanerent in cruce corpora sabbato erat enim magnus dies ille sabbati rogaverunt pilatum ut frangerentur eorum crura & tollerentur Venerunt ergo milites & primi quidem fregerunt crura & alterius qui crucifixus est cum eo Ad Iesum autem cum venissent ut viderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura sed unus militum lancea latus eius aperuit & continuo exivit sanguis & aqua Et qui vidit testimonium perhibuit & verum est testimonium eius & ille scit quia vera dicit ut & vos credatis Facta sunt enim hec ut scriptura impleatur os non comminuetis ex eo Et iterum alia scriptura dicit videbunt in quem transfixerunt Post hec autem rogavit pilatum joseph ab arimathia qui erat discipulus Iesu occultus autem propter metum iudeorum ut tolleret corpus Iesu & permisit pilatus venit ergo & tulit corpus Iesu Venit autem & nicodemus qui venerat ad Iesum primum nocte ferens mixturam myrre & aloes quasi libras centum Acceperunt ergo corpus Iesu & ligaverunt illud cum aromatibus sicut mos est iudeis sepelire Erat autem in loco ubi crucifixus est hortus & in horto monumentum novum in quo nondum quisquam positus erat Ibi ergo propter parasceven iudeorum quia iuxta erat monumentum posuerunt Iesum

Una autem sabbatorum maria magdalene venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentum & vidit lapidem sublatum a monumento Cucurrit ergo & venit ad simonem petrum & ad alium discipulum quem amabat Iesus & dicit eis tulerunt dominum de monumento & nescimus ubi posuerunt eum Exivit ergo petrus & alius discipulus & venerunt ad monumentum Currebant autem duo simul & discipulus alius precucurrit citius petro & venit prior ad monumentum Et cum se inclinasset vidit posita linteamina non tamen introivit Venit ergo & sequens eum simon petrus & introivit in monumentum & vidit linteamina posita & sudarium quod fuerat super caput eius non cum linteaminibus positum sed separatim involutum in unum locum Tunc ergo introivit & alius discipulus qui venerat prior ad monumentum & vidit & credidit Nondum enim sciebant scripturam quia oportet eum a mortuis resurgere Abierunt ergo iterum ad semetipsos discipuli Maria autem stabat ad monumentum foris plorans Dum ergo fleret inclinavit se & prospexit in monumentum & vidit duos angelos in albis sedentes unum ad caput & unum ad pedes ubi positum fuerat corpus Iesu Et dicunt ei illi mulier quid ploras Dicit eis quia tulerunt dominum meum & nescio ubi posuerunt eum Hec cum dixisset conversa est retrorsum & vidit Iesum stantem & nesciebat quia Iesus est Dicit ei Iesus mulier quid ploras quem queris Illa existimans quia hortulanus esset dicit ei domine si tu sustulisti eum dic mihi ubi posuisti eum & ego eum tollam Dicit ei Iesus maria Conversa illa dicit ei rabboni quod dicitur magister Dicit ei Iesus noli me tangere nondum enim ascendi ad patrem meum vade autem ad fratres meos & dic eis ascendo ad patrem meum & patrem vestrum deum meum & deum vestrum Venit maria magdalene annuntians discipulis quia vidit dominum & hec dixit ei Cum sero ergo esset die illa una sabbatorum & fores essent clause ubi erant discipuli congregati propter metum iudeorum venit Iesus & stetit in medio & dicit eis pax vobis Et cum hoc dixisset ostendit eis manus & latus Gavisi sunt ergo discipuli viso domino dixit ergo eis iterum pax vobis Sicut misit me pater & ego mitto vos Cum hoc dixisset insufflavit & dicit eis accipite spiritum sanctum Quorum remiseritis peccata remittuntur eis & quorum retinueritis retenta sunt Thomas autem unus de duodecim qui dicitur didymus non erat cum eis quando venit Iesus Dicebant ergo ei alii discipuli vidimus dominum Ille autem dixit eis nisi videro in manibus eius fixuram clavorum & mittam digitum meum in fixuram clavorum & mittam manum meam in latus eius non credam Et post dies octo rursum erant discipuli eius intus & thomas cum eis Venit Iesus ianuis clausis & stetit in medio & dixit pax vobis deinde Thome infer digitum tuum huc & vide manus meas & affer manum tuam & mitte in latus meum & noli esse incredulus sed fidelis Respondit thomas & dixit ei dominus meus & deus meus Dicit ei Iesus quia vidisti me thoma credidisti beati qui non viderunt & credunt Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum que non sunt scripta in libro hoc Hec autem scripta sunt ut credatis quia Iesus est filius dei & ut credentes vitam habeatis in nomine eius

Postea manifestavit se iterum Iesus discipulis ad mare tiberiadis manifestavit autem sic erant simul simon petrus & thomas qui dicitur didymus & nathanahel qui erat a cana galilee & filii zebedei & alii ex discipulis eius duo Dicit eis simon petrus vado piscari Dicunt ei venimus & nos tecum Exierunt & ascenderunt navem & illa nocte nichil prehenderunt Mane autem iam stetit Iesus in litore non tamen sciebant discipuli quia Iesus est Dicit ergo eis Iesus pueri numquid pulmentarium habetis Responderunt ei non Qui dicit eis mittite in dexteram navigii rete & invenietis Miserunt ergo & iam non valebant illud trahere a multitudine piscium Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus petro dominus est Simon petrus cum audisset quia dominus est tunicam succinctus erat exuit se & misit se in mare Alii autem discipuli navigio venerunt non enim longe erant a terra sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium Ut ergo descenderunt in terram videbant prunas positas & piscem superpositum & panem Dicit eis Iesus afferte de piscibus quos prehendistis nunc Ascendit simon petrus & traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta trium & cum tanti essent non est scissum rete Dicit eis Iesus venite prandete Nemo audebat discipulorum interrogare eum tu quis es scientes quia dominus est Et venit Iesus & accipit panem & dat eis & piscem similiter Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis cum resurrexisset a mortuis Cum ergo prandissent dicit simoni petro Iesus simon iohannis diligis me plus his Dicit ei etiam domine tu scis quia amo te Dicit ei pasce agnos meos Dicit ei iterum simon iohannis diligis me Ait illi etiam domine tu scis quia amo te Dicit ei pasce agnos meos Dicit ei tertio simon iohannis amas me Contristatus est petrus quia dixit ei tertio amas me & dixit ei domine tu omnia nosti tu scis quia amo te Dicit ei Iesus pasce oves meas Amen amen dico tibi cum esses iunior cingebas te & ambulabas ubi volebas cum autem senueris extendes manus tuas & alius te cinget & ducet quo tu non vis Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset deum Et cum hoc dixisset dicit ei sequere me Conversus petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem qui & recubuit in cena super pectus eius & dixit domine quis est qui tradet te Hunc ergo cum vidisset petrus dicit Iesu domine hic autem quid Dicit ei Iesus sic eum volo manere donec veniam quid ad te tu me sequere Exivit ergo hic sermo inter fratres quia discipulus ille non moritur Et non dixit ei Iesus non moritur sed sic eum volo manere donec veniam quid ad te Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his & scripsit hec & scimus quia verum est testimonium eius Sunt autem & alia multa que fecit Iesus quæ si scribantur per singula nec ipsum arbitror mundum capere posse libros qui scribendi sunt Amen

Capitula quatuor evangeliorum

Capitula de matheo

Capitula de marco

Capitula de luca

Capitula de iohanne

Incipit prologus sancti hieronimi presbiteri in quatuor evangelia

Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum quæ in nobis completæ sunt sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt & ministri fuerunt sermonis visum est & mihi assecuto omnia diligenter ex initio sedulo tibi per ordinem scribere optime theophile ut cognoscas eorum verborum de quibus eruditus es veritatem

Incipit prologus sancti hieronimi presbiteri in evangelium matthei

Matheus ex iudea primus scripsit evangelium in iudea propter eos qui ex circumcisione crediderant hebraicis litteris & verbis conscripsit quod quis postea transtulerit in greacum non satis constat ipse autem hebraicum exemplar quo usus est propriis litteris habuit diligenter asservatum quod nazareni qui in beroea urbe syriæ habitant mihi describendum dederunt in quo animadvertendum quod ubicumque ex propheta vel ipse dominus vel apostoli testimonia proferunt non ea sequantur quæ in hebraico leguntur sed quæ septuaginta interpretes transtulerunt

Incipit prologus sancti hieronimi presbiteri in evangelium marci

Marcus evangelista interpretis petri in italia primum ecclesias christo congregante conscripsit evangelium iuxta ea quæ a petro prædicata sunt ipse quoque breviator eius dictus est

Incipit prologus sancti hieronimi presbiteri in evangelium lucæ

Lucas syrus natione antiochensis arte medicus discipulus apostolorum postea omnium fere quorum laudem in evangelio suo quod duobus voluminibus scripsit ipse testatur ad ultimum in achaia beotia cum sexaginta & quattuor annorum esset spiritu sancto plenus antequam passionem domini ipse conscribere posset vidit dominum & cum eo fuit omnia quæ illius erant animo capiebat & fideliter scribebat

Incipit prologus sancti hieronimi presbiteri in evangelium iohannis

Iohannes apostolus ultimus omnium rogatus asia venit & hereticorum venenatos rivulos transiit & ut ipse in principio epistole suæ dicit non ea tantum quæ viderat sed & quæ audierat scribere curavit

Incipit liber primus sancti hieronimi presbiteri de nativitate sancte marie & infantia salvatoris

Liber generationis iesu christi filii david filii abraham Abraham autem genuit isaac isaac autem genuit iacob iacob autem genuit iudam & fratres eius Iudas autem genuit phares & zaram de thamar Phares autem genuit esrom esrom autem genuit aram Aram autem genuit aminadab aminadab autem genuit naasson naasson autem genuit salmon Salmon autem genuit booz de rahab booz autem genuit obed de ruth obed autem genuit iesse iesse autem genuit david regem David autem rex genuit salomonem ex ea quæ fuit uriæ Salomon autem genuit roboam roboam autem genuit abia abia autem genuit asa Asa autem genuit iosaphat iosaphat autem genuit ioram ioram autem genuit ozian Ozias autem genuit ioatham ioatham autem genuit achaz achaz autem genuit ezechiam Ezechias autem genuit manasse manasses autem genuit amon amon autem genuit iosiam Iosias autem genuit iechoniam & fratres eius in transmigratione babylonis Et post transmigrationem babylonis iechonias genuit salathiel salathiel autem genuit zorobabel Zorobabel autem genuit abiud abiud autem genuit eliacim eliacim autem genuit azor Azor autem genuit sadoc sadoc autem genuit achim achim autem genuit eliud Eliud autem genuit eleazar eleazar autem genuit mathan mathan autem genuit iacob Iacob autem genuit ioseph virum marie de qua natus est iesus qui vocatur christus Omnes ergo generationes ab abraham usque ad david generationes quattuordecim & a david usque ad transmigrationem babylonis generationes quattuordecim & a transmigratione babylonis usque ad christum generationes quattuordecim

Christi autem generatio sic erat cum esset desponsata mater eius maria ioseph antequam convenirent inventa est in utero habens de spiritu sancto Ioseph autem vir eius cum esset iustus & nollet eam traducere voluit occulte dimittere eam Hec autem eo cogitante ecce angelus domini apparuit in somnis ei dicens ioseph fili david noli timere accipere mariam coniugem tuam quod enim in ea natum est de spiritu sancto est Pariet autem filium & vocabis nomen eius iesum ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum Hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem ecce virgo in utero habebit & pariet filium & vocabunt nomen eius emanuel quod est interpretatum nobiscum deus Exsurgens autem ioseph a somno fecit sicut precepit ei angelus domini & accepit coniugem suam Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum & vocavit nomen eius iesum

Cum autem natus esset iesus in bethleem iude in diebus herodis regis ecce magi ab oriente venerunt hierosolimam dicentes ubi est qui natus est rex iudeorum vidimus enim stellam eius in oriente & venimus adorare eum Audiens autem herodes rex turbatus est & omnis hierosolima cum illo Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi sciscitabatur ab eis ubi christus nasceretur At illi dixerunt ei in bethleem iude sic enim scriptum est per prophetam Et tu bethleem terra iuda nequaquam minima es in principibus iuda ex te enim exiet dux qui regat populum meum israel Tunc herodes clam vocatis magis diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis & mittens illos in bethleem dixit ite & interrogate diligenter de puero & cum inveneritis renuntiate mihi ut & ego veniens adorem eum Qui cum audissent regem abierunt & ecce stella quam viderant in oriente antecedebat eos usque dum veniens staret supra ubi erat puer Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio magno valde & intrantes domum invenerunt puerum cum maria matre eius & procidentes adoraverunt eum & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum thus & myrrham Et responso accepto in somnis ne redirent ad herodem per aliam viam reversi sunt in regionem suam

Apparuit autem angelus domini in somnis ioseph dicens surge & accipe puerum & matrem eius & fuge in egyptum & esto ibi usque dum dicam tibi futurus est enim herodes ut querat puerum ad perdendum eum Qui consurgens accepit puerum & matrem eius nocte & secessit in egyptum & erat ibi usque ad obitum herodis ut adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem ex egypto vocavi filium meum

Herodes autem videns quoniam illusus esset a magis iratus est valde & mittens occidit omnes pueros qui erant in bethleem & in omnibus finibus eius a bimatu & infra secundum tempus quod exquisierat a magis Tunc impletum est quod dictum est per hieremiam prophetam dicentem vox in rama audita est ploratus & ululatus multus rachel plorans filios suos & noluit consolari quia non sunt

Defuncto autem herode ecce angelus domini apparuit in somnis ioseph in egypto dicens surge & accipe puerum & matrem eius & vade in terram israel defuncti sunt enim qui querebant animam pueri Qui surrexit & accepit puerum & matrem eius & venit in terram israel Audiens autem quod archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo timuit illuc ire & admonitus in somnis secessit in partes galilee & venit habitavit in civitate que vocatur nazareth ut adimpleretur quod dictum est per prophetas quoniam nazarenus vocabitur

In diebus autem illis venit iohannes baptista prædicans in deserto iudee & dicens penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum Hic enim est de quo dictum est per isaiam prophetam dicentem vox clamantis in deserto parate viam domini rectas facite semitas eius Ipse autem iohannes habebat vestimentum de pilis camelorum & zonam pelliceam circa lumbos suos esca autem eius erat locusta & mel silvestre Tunc exibat ad eum hierosolima & omnis iudea & omnis regio circa iordanem & baptizabantur in iordane flumine confitentes peccata sua Videns autem multos pharisæorum & sadducæorum venientes ad baptismum suum dixit eis progenies viperarum quis ostendit vobis fugere a ventura ira Facite ergo fructum dignum penitentie & ne velitis dicere patrem habemus abraham dico enim vobis quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahe Jam enim securis ad radicem arborum posita est Omnis ergo arbor que non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur Ego quidem baptizo vos in aqua in penitentiam qui autem post me venturus est fortior me est cuius non sum dignus calciamenta portare ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni Cuius ventilabrum in manu eius & purgabit aream suam & congregabit triticum in horreum suum paleas autem comburet igni inextinguibili

Tunc venit iesus a galilea in iordanem ad iohannem ut baptizaretur ab eo Iohannes autem prohibebat eum dicens ego a te debeo baptizari & tu venis ad me Respondens autem iesus dixit ei sine modo sic enim decet nos implere omnem iusticiam Tunc dimisit eum Baptizatus autem iesus confestim ascendit de aqua & ecce aperti sunt ei celi & vidit spiritum dei descendentem sicut columbam & venientem super se Et ecce vox de celis dicens hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui

Tunc iesus ductus est in desertum a spiritu ut tentaretur a diabolo Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus postea esuriit Et accedens tentator dixit ei si filius dei es dic ut lapides isti panes fiant Qui respondens dixit scriptum est non in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem & statuit eum super pinnaculum templi & dixit ei si filius dei es mitte te deorsum scriptum est enim quia angelis suis mandavit de te & in manibus tollent te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum Ait illi iesus rursum scriptum est non tentabis dominum deum tuum Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum & dixit ei hec omnia tibi dabo si cadens adoraveris me Tunc dicit ei iesus vade satana scriptum est enim dominum deum tuum adorabis & illi soli servies Tunc reliquit eum diabolus & ecce angeli accesserunt & ministrabant ei

Audiens autem iesus quia iohannes traditus esset secessit in galileam & relicta civitate nazareth venit habitavit in capharnaum maritimam in finibus zabulon & nepthalim ut adimpleretur quod dictum est per isaiam prophetam dicentem terra zabulon & terra nepthalim via maris trans iordanem galilea gentium populus qui sedebat in tenebris lucem vidit magnam & sedentibus in regione & umbra mortis lux orta est eis Exinde cepit iesus prædicare & dicere penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum

Ambulans autem iesus iuxta mare galilee vidit duos fratres simonem qui vocatur petrus & andream fratrem eius mittentes rete in mare erant enim piscatores Et ait illis venite post me & faciam vos fieri piscatores hominum Illi autem continuo relictis retibus secuti sunt eum Et progressus inde vidit alios duos fratres iacobum zebedei & iohannem fratrem eius in navi cum zebedeo patre eorum reficientes retia sua & vocavit eos Qui continuo relicta navi & patre suo secuti sunt eum

